

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0041

LOG Titel: Præfatio.

LOG Typ: preface

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



FLAMINII CHARTARII
I. V. C. VRBEVETANI
TRACTATUS DE EXECV-
TIONE SENTENTIAE
CONTVMACIALIS
CAPTO BANNITO.

P R A E F A T I O.

Quàm diligenti consideratione ad executionem sententiæ
contumacialis capto bannito de-
currendum sit,

S V M M A R I A.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Executio sententiæ contumacialis capto bannito dili- genti consideratione digna est.</p> <p>2 Capitis periculo nullum est maius.</p> <p>3 Vita mortalibus nihil est charius.</p> <p>4 Vita quanti sit aestimanda. Longauias procerium virtutis, vita breuitas pœna flagitiorum. <i>ibid.</i></p> <p>5 Homicidia iura omnia detestantur.</p> <p>6 Animus solum de iure in homicidio puniendus, sed se- cus de consuetudine.</p> <p>7 Homicidium pœna mortis punitur.</p> <p>8 Et tam in plebeio quam in nobili.</p> <p>9 Homicidium permittitur pro vita tuenda, & pericu- lo vitæ arcendo, etiam contra Episcopum, & Car- dinalem.</p> <p>10 Et contra Pontificem & Imperatorem.</p> <p>11 Contra patrem.</p> <p>12 Contra Abbatem.</p> <p>13 Contra alios superiores.</p> <p>14 Occidens aggressorem ad sui defensionem non dicitur peccare.</p> <p>15 Nec delinquere.</p> <p>16 Accusatio, & inquisitio illicita, & calumniosa dicitur, quæ formatur, aut instituitur contra eum, qui ad sui defensionem aggressorem occidit.</p> <p>17 Longauias est exultatio viri.</p> <p>18 Mors est graue & atrox malum.</p> <p>19 Mors est summus dolor.</p> <p>20 Mortis amara est memoria.</p> | <p>21 Mors iucunda bonis, metuenda malis.</p> <p>22 Pretium nullum est cum vita comparandum.</p> <p>23 Mirabile, & terribilissimum omnium terribilium est procedere contra indefensum.</p> <p>24 Sententiæ executio impeditur per eas defensiones, quæ si à principio factæ fuissent, sententiæ ferri, & ban- num impediissent.</p> <p>25 Innocens interdum damnatur Iudicum iniuria, & odio.</p> <p>26 Innocens nec à Iudice damnari debet.</p> <p>27 Iudex faciens processum informatiuum, si ex eo sibi nota est innocentia rei, non debet illum quamuis contumacem in banno ponere, nec eum damnare.</p> <p>28 Iudex vbi veritatem habet, quod quis non est delin- quens, non potest, nec debet eum damnare, quamuis confessum ex contumacia vigore statuti.</p> <p>29 Iudex innocentem damnare non debet, quamuis aliq̃ conuictum duobus aut tribus testibus.</p> <p>30 Propter scandalum multa permittuntur contra ius commune.</p> <p>31 Pœna minuitur, aut omnino remittitur propter scan- dalum.</p> <p>32 Innocens nunquam damnatur propter scandalum.</p> <p>33 Pilatus malè fecit, Christum condemnando.</p> <p>34 Bal. reprehenditur, qui voluit esse puniendum propter scandalum alias non puniendum.</p> <p>35 Procurator repellitur à limine iudicij criminalis, non tamen defensor, & excusator pro innocentia rei.</p> <p>36 Sententiæ contra absentem in quibus casibus ferri po- test in causa criminali, remissiuè, & 40.</p> |
|---|--|

- 37 Defensor pro innocentia rei de iure admittitur, etiam sine mandato, in omnibus casibus, in quibus absens potest damnari.
- 38 Contumax de iure non patitur, nisi bonorum annotationem.
- 39 Defensor & excusator pro absente de iure admittitur ad allegandum causas absentia. & causas causa.
- 41 Instructor admittendus est de iure ad respondendum, & dicendum de innocentia absentis.
- 42 Contumax licet habeatur pro confesso & conuicto, auditur tamen per excusatorem pro eius innocentia.
- 43 Statutum Senarum, quod in causa criminali testes produci non possint, nisi per principalem; locum non habet, si aliquis vti excusator & instructor vult docere de innocentia rei.
- 44 Nocentem absoluerit melius est, quam innocentem condemnare. & nu. 52.
- 45 Practica & cautela Doctorum tradendi nomina testium Iudici, qui examinari debent ad probandam innocentiam rei, displicet Iul. Claro.
- 46 Ratio Iul. Clar. refellitur.
- 47 Doct. quomodo loquantur docentes practicum, & cautelam probandi innocentiam rei absentis.
- 48 Motus proprius Iul. III. & Pij IIII. de non admittendo aliquem pro reo absente contumace, vbi ingeritur pena sanguinis, nec vt procuratorem, excusatorem, defensorem, & vt quemlibet de populo, nec patrem pro filio, Abbatem pro monacho, nec praelatum, aut dominum pro subiecto, nisi reus in carcere se constituat.
- 49 Iudicis arbitrio remittitur, admittere pro absente excusatorem, vel defensorem ad excusandam rei absentiam, vel innocentiam.
- 50 Iudex de iure tenetur omni studio & diligentia perquirere, & inuestigare veritatem rei, & ipsius inquisiti innocentiam. & num. 106.
- 51 Iudex si viderit posse probari innocentiam rei, debet ad condemnationem superfedere.
- 53 Iudex non debet de occiso aliquem condemnare, sed de vulnere, quando ex interuallo vulneratus est mortuus. & non apparet vulnus esse lethale.
- 54 Testes in quacunque parte iudicij, etiam post publicatum processum Iudex debet admittere pro innocentia rei.
- 55 Condemnari omnes de occiso non possunt, si plures in homicidio interuenerunt, & non apparet, quis intulit vulnus lethale.
- 56 I. absentem. ff. de penis intellectus.
- 57 Innocens, licet quis non sit vno respectu, vt vulneris, potest tamen esse innocens quoad penam homicidij.
- 58 Damnatus ad mortem si fracto laqueo in terram cecidit viuus, liberari debet, sed contrarium obseruatum fuit. vt nu. 63. 64.
- 59 Principis solius est liberare damnatum ad mortem, qui fracto laqueo viuus in terram cecidit, & numer. 66.
- 60 Executor debet in executione sententiae superfedere per nouam notitiam innocentiae rei etiam confessi, & condemnati.
- 61 Cautela est, quod si damnatus fracto laqueo in terram cecidit viuus, ad carceres reducatur custodiendus, donec Princeps consultus quid agendum rescribat.
- 62 Luc. de Penn. damnatur à Cagno.
- 64 Ius summum summa malitia.
- 65 Decapitatum si contingat reuiuiscere, an iterum sit decapitandum.
- 67 Iudicij humani, quo plures innocentes torquentur & damnantur, deploratio Diui Augustini.
- 68 Iudicis ignorantia est calamitas innocentis. Iudex reprehenditur, qui sciens veritatem innocentem occidit. ibid.
- 69 Vniuersitatis delictum ad eos non pertinet, qui vacui sunt ab omni culpa.
- 70 Sontium scelera onerosa in fontibus esse non debent, tam de iure diuino, quam humano.
- 71 Innocentes ob alterius culpam puniuntur interdum causa publica utilitatis. Statuta an, & quando valeant, qua innocentes puniunt ob alterius culpam. ibidem.
- 72 Florentinum statutum valet, quod propter homicidium vnus omnes consortes expellantur.
- 73 Statum Perusinum valet, quod illi de domo pro delicto consorti teneantur.
- 74 Statutum Florentinum valet, quod vno de agnatione delinquente ceteri teneantur.
- 75 Statutum Florentinum valet, quod coniuncti teneantur dare in manibus Curia delinquentes coniunctos.
- 76 Statutum valet, quod coniuncti bannitorum puniantur, si dicti banniti deliquerint in Ciuitate, vel statu.
- 77 Statutum valet, quod omnes banniti teneantur se presentare in aliquo loco distanti, puta centum miliaris, alias eorum coniuncti cadant in penam mille.
- 78 Proclama, seu bannum, & decretum valet, quod parentes, & consanguinei proximiores teneantur fideiubere, ne eorum banniti ingrediantur statum Ecclesiasticum.
- 79 Iudex eos tantum damnare debet ad mortem, quos lex primum condemnauit.
- 80 Iudex damnans innocentem, qua pena plecti debeat.
- 81 Iudicis arbitrio remittitur pena qualitas, qua Iudex puniri debet, qui damnauit innocentem.
- 82 Iudex, si ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel non acceperit, & calore inductus interfecerit innocentem, vel ad mortem damnatur, vel in insulam deportatur.
- 83 Tex. in §. hodie. l. lege Iulia. ad l. Iul. repetun. pro mirabili ponderatur.
- 84 Dolus regulariter praesumitur in priuato occidente hominem.
- 85 Dolus an praesumatur in Iudice occidente hominem, & quando culpa & num. seq.
- 87 Iudex cuncta rimari debet, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. Sententia in crimine haereticis contra reum negatiuum praecipitanda non est. ibid.
- 88 Iudex omni studio, & diligentia vti debet, ne sententiam dicat contra innocentem.
- 89 Executor grauius infert prauidicium exequendo, quam Iudex iudicando.
- 90 Segnius in re graui agendum non est.
- 91 Periculum vbi maius est, ibi cautius agendum.
- 92 Recedimus à regulis iuris communis, quando agitur de re irretactabili.
- 93 Praesertim quando agitur de membro hominis abscindendo, & tanto magis de vita.

- 94 Nullitatis exceptio impedit executionem, quando agitur de re irretractabili.
- 95 Iudices admonentur, vt cautè se gerant in re criminabili, vbi agitur de re irretractabili, ne comitem habeant pœnitentiam.
- 96 Iustitiam sapius recenseri fructus est diuinus.
- 97 Iudicis præcipitata voluntas est nouerca iustitiæ.
- 98 Iudex præsumitur, quod sit bonus, & rectè faciat ea, quæ officio suo incumbunt.
- 99 Verba Iudicis ad ius referri debent, etiam verba improprando.
- 100 Iudices periti esse debent, & honesti viri, ac experti.
- 101 Iudex non præsumitur, quod aliquid faciat sine causa cognitione.
- 102 Præsumuntur qui causas cognoscunt, non facile ad culpam venire.
- 103 Pro rectitudine processus non præsumitur.
- 104 Iudices mali funguntur officio partis, conantes innocentes illaqueare.
- 106 Iudex nec clementior lege, nec seuerior esse debet.
- 107 Iudex in benigniorem partem inclinare debet.
- 108 Iudex maiorem laudem consequitur absoluendo, quam condemnando.
- 109 Iudices reprehenduntur, qui anhelant ad condemnationem, quando procedunt per viam inquisitionis.
- 110 Iniustitias, & oppressiones non videremus, si Iudices cuncta rimarent, & ordinem rerum plena inquisitione discuterent.
- 111 Pro Iudicibus improbis, & indiscretis non præsumitur.
- 112 Pro Iudice non præsumitur, qui ex abrupto processit, vel si ex breuitate temporis apparet, causa cognitionem non adhibuisse.
- 113 Pro Iudice non præsumitur, qui rem gessit ad eius officium non pertinentem.
- 114 Iudicum & Notariorum vsus, & corruptela formandi inquisitiones ex leui quolibet indicio.
- 115 Inquisitio formari debet secundum quod constat in processu informatiuo, & reprehenduntur qui contrarium faciunt.
- 116 Auctoris intentio, & causa ad conscribendum hunc tractatum, de executione sententiæ capto bannito.



HST grauis † quidem, & diligenti consideratione digna res executio personalis sententiæ contumacialis contra bannitos captos. Si quidem hic non versatur de lana caprina rixatio, nec de fallacis pecuniolæ damno est cõtrouersia, sed periculum capitis hic versatur, † quo nullum est maius, vnde summum supplicium dicitur. *l. capitalium in prin. ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. qui abortiois. l. vltimum. & l. qui vltimo. ff. eod. tit. & extrema pœnarum. l. 3. q. 2. c. quæsitum.* Vita † enim mortalibus nihil est charius, vt docet Ouid. in *Metamorph.* his versibus.

Nihil d' fortunatissime, præter
Hanc animam concede mihi, tuæ cætera sunt.
Et Iuuenal. *Satyr. 10.*
Da spatium vitæ, multos da Iuppiter annos,

Hoc recto vultu, solum hoc & pallidus optas.

Eadem, aut his similia optimè expressit Cicero in locis relatis per *Vsq. capit. 18. libr. 1. controuers. illustr. num. 9.* & Petr. à Plac. *libr. 1. epithom. delictor. c. 9. nu. 4.* multa etiam expressit his consimilia. Quantique sic † vita æstimanda sit, vel ex eo colligi potest, quod Deus Opt. Max. longæuitatem veluti magnum virtutis præmium illis pollicetur, qui ipsius mandata custodierint: contra, vitæ breuitatem veluti maximam flagitiorum pœnam improbis minatur, vt ex pluribus sacræ scripturæ locis deducit And. Tiraq. in *tract. de Nobilitat. cap. 31. num. 557.* Vt ex eo etiam satis colligi potest, quod quamuis homicidium † iura omnia detestentur, vt in *Decal. §. non occides. Exod. 21. & Deutor. cap. 5. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadr. pauper. fecit. dicat. c. si perfodieris. c. significasti. & per tot. de homicid. toto tit. ff. & C. ad l. Cornel. de sicar.* Vsq. adeo † vt leges Romanæ solum animum † puniendum esse putarint. *l. 1. §. Diuus Adrianus. ad l. Corn. de sicar. l. is qui cum telo. C. eod. tit. licet vti rigorosæ correctæ fuerint passim per iura municipalia, constitutiones, & consuetudinem generalem, vt latè per Barthol. Romul. v. alios omittam, in compend. homicid. part. 2. num. 166.* Et veluti † grauissimum crimen grauissima etiam pœna puniendum esse existimarunt, mortis scilicet, quod tam humano, quam diuino iure statutum est. *l. 3. C. de ep. aud. ibi. quod fecit semper expectet. §. item lex Cornelia. Inst. de publ. iudic. Felyn. in rub. de homicid. Ang. in l. 3. §. leg. ff. de sicar. Afflict. in constitut. reg. tit. de homicid. num. 12. Röch. de Curt. in repet. ca. fin. de consuetud. car. 10. colum. 2. vers. 2. infertur. Gand. de malefic. tit. de homicid. & pœn. num. 4. Boss. in tract. causar. crim. tit. de homicid. num. 109. vbi attestatur hanc esse communem doct. sententiam. quem sequitur Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. homicidium. vers. sed quæro. vbi etiam inquit ita prædicari. sequitur etiam Rolan. à Valle consi. 57. nu. 1. vol. 4. vbi num. seq. inquit ex Bolench. in repetit. l. capitalium. §. famosos. num. 64. ff. de pœn. hanc † pœnam nedum locum habere in plebeio, sed etiam in nobili. & dixit idem Rolan. consi. 63. num. 2. vol. 2. & consi. 39. numer. 11. & consi. 77. in prin. vol. 3. Pro vita † tuenda, ac illius periculo atcendo, iura omnia naturalia, ciuilia, & canonica homicidium petmiserunt. *l. vt vim. & ibi Dd. ff. de iust. & iur. l. 1. C. vnde vi. l. scientiam §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. ca. 2. & 3. & c. significasti. de hom. & Doct. in d. iuribus. Ale. con. 109. li. 1. Dec. cõ. 459. cõ. in finitibus, qui allegari possent. etiam contra Archiepiscopum, & Cardinalem. Aret. con. 163. col. pe. in fin. Curt. sen. consi. 20. & seq. Hier. de Tortis. consil. vltim. inter consi. Ant. de Butr. qui consuluerunt in fauorem Florentinorum. & contra † ipsum etiam Pontificem, vt scribit Card. in clem. 1. q. 7. de pœn. Carrer. in præf. crim. fol. 174. numer. 30. qui idem dicit de Imperatore, & contra † patrem. Claud. de Seifel. in d. l. vt vim. con. 11 tra † Abbatem. Card. in clem. 1. de statu monach. & alios † superiores. c. pastoralis. de re iudic. c. felicis. de pœ. & ibi per Io. Andr. & Doct. in d. l. vt vim. Vsq. adeo, quod † qui ad suæ vitæ defensionem aggressorem interficit, non dicitur peccare etiam in foro conscientie, secundum Inno. in c. 3. §. si verò. de sent. excom. nec delinquere: vt dicit Bart. in leg. vbi pactum. ff. de transact. & ibi alij Doct. & Nell. de bannit. 2. part. 2. tempor. q. 14. Hieron. de Tort. in d. consi. vlt. inter consi. Ant. de**

- 16 *Butt. num. 10.* qui subdit, quod † accusatio, & iniquificatio contra tales illicita dicitur, & calumniofa, secundum Alber. in l. si seruus. colum. 4. C. de his qui ad eccles. confug. Et vt vita mortalibus nihil est charius & exultatio † viri est longæuitas. *Ecclesiastic. cap. 30.* ita è diuerso, mors est omnium maximè terribile, vt prodit Arist. lib. Ethic. 3. cap. 6. & lib. 2. Rhetor. estque graue † siue atrox malum, vt asserit Achilles apud Euripidem relatum per Tiraq. de nobilit. d. ca. 31. nu. 558. vbi etiam dicit ex Apollonio Rodio *Argonautic. 3.*
- 17 quod † est summus dolor. propterea Ecclesiasticus ipse cap. 41. ita exclamat. O mors † quam amara est
- 20 memoria tua; quamuis alias mors † iucunda sit bonis, & metuenda malis, vt plures de hoc extant Doct. *authoritates apud Io. Dadreum in locis communibus simil. & dissimilium. in verb. Mors iucunda bonis. & in verb. mors metuenda malis.* Et † sunt omnia posthabenda, quò vitæ consulamus, cum nullum sit pretium cum vita comparandum, si credimus Homero lib. 9. *Iliados.* cuius versus de hoc, græce tamen, ascripsit And. Tiraq. d. cap. 31. nu. 558.
- Et (quod durius est) versatur hic periculum capitis, negatis proflus defensionibus ex motibus
- 23 propriis lumorum Pont. quod † mirabile esse, & terribilissimum omnium terribilium, quia contra indefensum proceditur, dicit Io. Igne. in *disputa. An. Rex Francia. & c. num. 124.* Ad † quas, si admitterentur, possent forè ea deducere, quæ, vt bannum & sententiam ferri impediissent, si à principio proposita fuissent, ita illius executionem impeditent. *Bart. in l. non videtur. la. 1. in fin. ff. de iudic. cum aliis infra alleg. c. 1. num. 41.* Et sæpe ita contingere potest, vt innocens moriatur, cum † multi iudicium iniuria, odioq; inimicorum eos prosequendum in exilium mittuntur: multi etiam pecunias nò habentes propter egestatem non audent in iudiciis sistere, ne in carcere marcescant, vt dicit Rol. à Valle. *con. 60. nu. 37. vol. 2. quod & sentit Couarr. pract. quæst. cap. 23. numer. 6. non negamus.* Et tamen † etiam iudici non licet innocentem occidere. *Exod. cap. 23. Innocentem, & iustum non occides,* vt nec damnare etiam liceat, ita qd si iudex † processum facit informatiuum, & ex eo sit sibi notum, quod contumax, & in banno positus innocens est, ad sententiam diffinitiuam in statu ecclesiastico, & in Regno Neapolit. ad for. iudicationem procedere non debet, quia ad ipsum etiam iudicem spectat, rei defensiones inquirere, *per iura quæ ad hoc alleg. Bart. in l. absentem. ff. de pæn. col. 2. & alleg. etiam Inno. in c. veniens, de accusatio. Bar. cons. 100. Nell. de bannit. 3. part. 1. temp. q. 6. Rimin. sen. cons. 17. num. 16. & seq. vol. 1. Foller. in pract. crim. in ver. & si confitebuntur. 4. part. 3. part. nu. 26. & Capo. cautel. 255. n. 4. Gerard. Mazol. con. 77. nu. 25. li. 1. Ira iudicem admonet Afflic. in cons. pæn. eorum. nu. 63. in fin. vbi etiam refert vnum verbum Bar. (quod aureum dicit)*
- 28 in d. l. absentem. quod † scilicet, vbi iudex veritatem habet. quod quis non est delinquens, licet confessionem fictam illius habeat ex contumacia, vigore statuti; illum tamen condemnare non debet. quod & admonet Plo. to. 2. co. cri. c. 72. rec. ed. quod est repetitū li. 1. suorum con. in con. 52. Mars. in prac. crim. §. oportune nu. 8. & in tract. de bannit. in verb. contumaciam. numero 47. dum ibi post plures, quos coaceruat, voluit,

q; contumax habitus pro confesso, potest per Iudicem absolui, quando ei constat de illius innocentia. Quod voluit etiam Thom. Doci. *cons. 59. co. fin. & cons. 129. nu. 7.* & tradit etiam Cassana. in *conject. Burgund. in verb. des iustices, & droits d'icelles. rubr. 1. §. 5. numer. 124. fol. 217.* qui subdit, quod hoc in multis locis malè obseruatur in Francia, & maximè in castelletto Parisiensis: quia quando constat de quatuor defectibus, condénant etiã ad mortē, & bñiunt, & confiscant bona, & non auditur cōtumax postea sine literis Regiis. In Britannia verò nunquam auditur, & malè, vt per eum ibi. & §. 7. ca. rub. 1. num. 11. fo. 291. Quinimo † etiam si probatum esset delictum duobus, aut tribus testibus, & sciret iudex illum esse innocentem, debet adhuc in condemnatione super sedere, vt infra diximus capit. fin. num. 177. & aliis seq.

Et tanti iura æstimarunt, ne innocens damnetur, quod † licet aliàs propter scandalum multa fiant, & permittatur contra ius commune, de quibus latè per Rom. in *rep. l. si verò. §. de viro. in 7. fallent. ff. solut. matr. Barb. consil. 11. colu. 8. vers. & ad hoc accedat. li. 1. & consil. 10. col. 3. vers. & sic orietur. eo. lib. & latissimè Felyn. in c. 2. de rescript. & Dec. con. 151. colum. ... & Andr. Tiraq. de pæn. cau. 46. vbi † quod pœna minuitur, aut omnino remittitur delinquenti propter scandalum: nunquam tamen † propter scandalum innocens pro scelere luit pœnas, aut aliàs non puniendus. vt dicunt Dy. & Bart. in l. qui cadem. ff. de fca. qui aiunt, quod nunquam occiditur qui non deliquit propter tumultum popularem, per text. in l. decurionum C. de pæn. vbi gloss. ex hoc infert, † Pilatum malè Christum condemnasse. benè autem propter scandalum pœna acceleratur contra nocentem, vt est text. in d. l. qui cadem, secundum eos. & Boss. in tract. *causar. crim. tit. de executione sententia. num. 6.* & ita etiam intellexit Rom. in *ing. 573. licet iudex.* & sequitur And. Tiraq. d. cau. 46. nu. 2. qui nominatim † Bal. reprehendit, qui in l. 1. ff. de offi. eius. dixit, interdum puniri propter scandalum non puniendum, & alibi etiam diximus.*

Et licet aliàs procurator à limine iudicij criminalis de iure repellatur, si pro reo absente compareret, non tamen de iure repellitur qui vt instructor, & defensor compareret pro innocentia accusati, vel inquisiti absentis: volens enim ostendere innocentiam illius, de iure audiri debet, iux. not. per Bar. in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procurator. & in l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. Cap. cons. crim. 41. col. 2. vers. non constat. vbi ait, † quod in omnibus casibus, vbi de iure communi contra absentem perueniri potest ad sententiam, qui not. in d. l. absentem. ff. de pæn. in l. absentem. C. de accusat. admittitur † qui libet veniens etiam sine mandato ad defendendum non tanquam procurator, sed tanquam defensor: quoniam licet lex aggrauat in illis casibus absentem, vt damnari possit contra reg. quæ habet, quod contra contumacem procedi nò potest, nisi ad annotatione bonorū, & nò vltius. d. l. absentem. & diximus inferius cap. 1. in prin. In hoc † tamen absens reuatur, & pro eo auditur quicunq; non solū volens allegare causas absentia, sed etiã causas causæ: quia melius

melius est absentem illum audire, quàm nullo for-
 tē defendente innocentem condemnare, per not.
 per Barto. in dicto §. publicè. Rursus idem Capo. consil.
 crim. 47. column. 2. versic. item quia. & consil. 49. per to-
 rum. & consil. 51. vbi dicit hanc esse communem sen-
 tentiam. & consil. 50. & ibi Michael de Marostica in
 subscriptione. Corn. consil. 194. column. 2. versicu. non ergo.
 volum. 1. vbi citat Doct. communiter. conuenire in
 hoc, quòd quilibet defensor admittitur, & fortius
 40 in consil. 204. in princ. eo. vol. vbi inquit, quòd defen-
 sor est in casibus admittendus, in quibus debet per
 seipsum causam dicere, & sic personaliter compa-
 rare, aliàs sit contumax, dum modo tamen tan-
 quàm absens condemnari possit, & subdit, quod
 ita pluries consuluit, vt verè consuluit d. consil. 194.
 & consil. 17. column. 3. volu. 3. vbi dicit hoc procedere
 etiam stante statuto, quod contumax habeatur pro
 confesso, vt in 3. & 4. colum. Rube. Alexand. in dicta
 l. pen. §. ad crimen. de pub. iudic. numero 21. dicit hoc esse
 verum secundum communem intellectum d. §. pu-
 blicè. Ruin. consil. 9. per totum. volum. 5. & consil. 118. nu-
 mero 4. eod. volu. vbi asserit hanc esse opinionem om-
 nium. & similiter facit Alex. consilio 4. column. 1.
 volumin. 6. Aretin. consilio. 146. column. 3. Foller. in
 pract. crim. in verb. audiantur excusatores. numero 9. No-
 uel. in tract. ad defensam. numero 10. in fine. alios plures
 allegat Bursat. id etiam sequutus consilio 225. nume-
 ro 121. libro secun. Marsil. in pract. crimin. §. sequitur. nu-
 mero 43. vbi inquit, quòd instructor secundum
 41 communem opinionem. admittendus est ad respon-
 dendum & docendum de innocentia inquisito-
 rum, non obstante statuto prohibente procurato-
 rem comparere in causa criminali. Imò fortius
 voluit Iul. in leg. secunda, columna tertia. C. qui testam.
 42 fac. poss. quod licet ex forma statuti Ciuitatis Me-
 diolani, & totius illius domini, si accusatus, vel in-
 quisitus sit contumax, habeatur pro confesso, &
 conuicto, quod tamen in tali casu poterit quilibet
 interuenire etiam penitus extraneus ad eum excu-
 sandum, & ostendendum suam innocentiam, et-
 iam quod statutum, seu decretum Mediolani di-
 cat, quod reus personaliter in carcere ponere se
 debeat. quod subdit sumamè norandum pro iuuan-
 do amico, qui personaliter comparere non audet,
 & asserit hanc esse magis communem opinionem.
 sequitur Marsil. vbi supra. Roland à Valle. dicto consilio
 47. numero 19. volumin. 3. qui etiam addit prædictis Ma-
 rian. Soci. in consilio incip. prædictam dubitationem (de
 quo mentionem facit Marsil. in dicto loco. & Foller. qui et-
 iam prædicta sequitur in pract. crimin. in verb. & si confi-
 rebuntur. numero 27. in 4. parte. 3. part.) & est in-
 fertum post tract. Anton. de Canar. de excusato-
 43 re, qui ait, quod et si statutum Senarum di-
 cat quod in causa criminali testes produci non pos-
 sint, nisi per principalem, obtinuit tamen quatuor
 vicibus, q̄ instructor vel excusator admitteretur ad
 44 probandam innocentiam rei absentis: melius est
 enim nocentem absoluerè, quàm innocentem
 condemnare. leg. absentem. ff. de pœnis. cum aliis infe-
 rius allegat. numero 52. & tenet idem Marsil. in consilio
 39. numero 29. vbi etiam attestatur de communi, & in
 consilio 75. numero 39. cum sequentib. & latè de com-
 muni Iul. Clarus libro quinto. sentent. §. final. quæst. 33.

versiculo. Sed quod plus est, qui subdit, quod nun- 45
 quam sibi placuit practica, & cautela Doctor. di-
 centium, quod compareat excusator, siue alius
 quilibet tertius, qui det in scriptis Iudici ad partem
 super aliqua schedula nomina testiu, qui examina-
 ri deberent ad probandum innocentiam rei, & di-
 cunt, quod iudex illos debet examinari facere, &
 hoc modo reus suas facit defensiones, absque eo
 quod personaliter compareat. Non placuit (in-
 quam) practica hæc Iul. Clar. in dicto loco. eara-
 tione, quia hoc modo proculdubio tota practica
 criminalis destrueretur: nullus enim inquisitus,
 vel accusatus personaliter compareret ad se defen-
 dendum, sed vel ex officio, vel per huiusmodi ex-
 cusatorem faceret testes ad sui defensionem exa-
 minari absque vilo capitis sui periculo, & ita nun-
 quam reus posset examinari, nec torqueri, nec vl-
 la condemnatio exequi. Et subdit Iul. Clar. quod
 hæc omnia iudicio suo sunt valde ridicula, & mi-
 ratur, quòd tot & tanti Doctores illam opinio-
 nem tenuerint, aut seruauerint, quæ certe in Du-
 catu Mediolani non modo (vt inquit) non obser-
 uatur, sed in omnibus Curiis adeo recessit à pra-
 ctica, quod si aliquis aduocatus super ea insiste-
 ret, proculdubio non sine risu exploderetur. Sed
 hæc sua ratio bona non est, quia licet tales ex- 46
 cusatores iudex admitteret pro innocentia rei ab-
 sentis patefacienda, non propterea sibi via præclu-
 ditur, quo minus ex officio possit testes alios exa-
 minare ad probandū crimen ipsius rei inquisiti, seu
 accusati. Ita huic obiectioni respondet Alexand.
 de Neuo tomo 1. consilio criminal. in 4. folio. consilio 89.
 numero 23. & ideo mirandum non est de prædicto-
 rum Doctor. opinione, prout etiam non est, cum
 isti Doctores loquantur apertè, quod si de innocentia
 statim constare potest. Ita refondet ipsi Claro Me- 47
 noch. de arbitr. iudic. quæst. 80. numero 58.

Sed in statu ecclesiastico practica hæc non ser- 48
 uatur, nec seruari debet: quia adest Motus pro-
 prius Iul. III. insertus in constitutionibus Marchiæ
 libro secund. capit. secund. secundum veterem impres-
 sionem, secundum nouam compilationem, libr. 4.
 capite. 15. qui tamen videbatur localis, veluti Gu-
 bernatori d. Prouinciæ directus, sed confirmatus
 est per Pium III. in suo Motu proprio, cui ti-
 tulus est, breue quod banniti, & homicidæ non
 audiantur, nisi in carceribus constituti, &c. qui ge-
 neralis est in toto statu ecclesiastico: quo cautum
 est, quod nullus in causa criminali, ex qua capi-
 tis, vel sanguinis, aut alia quæuis grauior arbitrio
 iudicis pœna infligenda esset, maximè in causa ho-
 micidij per procuratorem, executorem, defenso-
 rem, vel vt quemlibet de populo quouis pacto ad-
 mittatur, nec pater pro filio, nec Abbas pro mona-
 cho, nec prælatus, aut dominus pro subiecto, vel
 contra audiatur, nisi reus seipsum in carcere con-
 stituisse: licet non adeo Motus ille proprius 49
 iudicem arceat ad prædicta, quin etiam possit, a-
 liqua ratione ductus, ad excusandum rei absen-
 tiam, vel innocentiam, vel aliam ob causam aliquè
 ex prædictis admittere, vt expressè etiam ibi dispo-
 situm est. Et si aliqua ratione iudex duceretur ad a-
 liquem ex prædictis admittendum pro innocentia

absentis, & præsertim si de ea statim constare posset, non solum iudex id facere potest ex d. Motu proprio Pii IIII. sed etiam alias de iure tenetur, quia communi calculo Docto. receptum est, quod Iudex de iure communi debet omni via, studio, & diligentia perquirere, & inuestigare veritatem rei, & ipsius inquisiti innocentiam, vt testatur Roland. à Valle. d. consi. 47. num. 9. & plura ibi cumulat ad hoc num. sequen. & alibi etiam diximus, vt etiam inferius cap. 1. num. 55. Neque etiam si viderit posse probari innocentiam rei inquisiti, debet illum condemnare, sed debet supersedere pro veritate consequenda, & inquirenda, ne contingeret innocentem condemnari, per prædicta, & alia, quæ cumulat Roland. à Valle. d. consi. 47. Arbitrio tamen Iudicis totum id remittitur ex d. Motu proprio, qui, vt diximus, aliqua ratione moueri debet ad id faciendum.

Sed vt redeam, quanti innocentia æstimanda sit, præter ea, quæ supra adduximus, vel ex eo etiam colligi potest, quod etiam fatius esse iura existimantur, nocentem absolui, & ita impunitum relinquifacinus nocentis, quam vt innocens condemnatur, vt est text. in d. l. absentem. ff. de pæn. c. nerui. 13. dist. Alexa. consi. 129. in fin. volum. 4. Afflict. in const. terminum vita. numer. 38. in fin. Archi. in c. vlt. 23. q. 3. Dec. optime in l. fauorabiliores. ff. de reg. iuris. Couarru. dict. capit. primo. libro primo. variar. resolut. post numer. secundum. vers. 4. etiam iudici. & asseuerant id vbi que Dd.

Et ideo etiam si facta diligenti inquisitione per Iudicem super vulnere, ex quo ex intervallo mors sequuta est, an lethale sit, non apparet, vulnus fuisse lethale, in dubio de occiso condemnatio fieri non debet, sed solum de percussione, quia cautius est nocentem absolueret, quam innocentem condemnare, vt in specie tradit Afflict. in d. consi. terminum vita. num. 38. qui etiam ibi per eandem regulam, ne fiat punitio innocentis, voluit, quod etiam post publicatum processum debeat Iudex officium suum impartire circa restitutum examinationem in quacunque parte iudicii, vt per eum ibi, num. 36. & etiam per eandem regulam, si vnus pluribus coadunatis reperiat percussus vnico vulnere lethali, mortuusque sit, & à quo illatum fuerit ignoratur, dicendum est, quod non possunt omnes de homicidio condemnari, sed potius à pœna legis Corn. absoluendi sunt, & pecuniariter plectendi, vt late concludit Alexand. consilio decimoquinto. volumin. primo. consilio decimoquarto. volumin. 3. consilio 46. volum. quarto. consilio vndecimo. volum. septimo. Ancher. consilio. 127. Roman. consilio 401. Raph. Fulgo. consilio 134. Fely. in cap. significasti. 2. colum. 3. de homicid. alios citat Deci. & Cagno. in dict. l. fauorabiliores. de regulis iur. ille numero sexto. hic numero septimo. licet etiam omnes percusserint.

Nam tamen si non sint omnes innocentes, quia omnes percusserunt, & etiam d. regul. l. absentem. non videatur habere locum, quæ intelligitur, quando aliqui essent innocentes, vt per Floria. in l. item meli. §. sed & si plures colu. 3. versic. adde tamen. ff.

ad l. Aquil. omnes etiam tamen absolute possunt dici esse innocentes quoad pœnam homicidii, prout Dd. loquuntur in locis supra allegat. & animaduertit Dec. in dict. leg. fauorabiliores. numero 6. versic. & de intellectu. prout etiam Luc. de Pen. in l. prima. C. de desertor. & occultator. eor. libr. duodecimo. dicit per dict. regula. dict. leg. absentem.

Quod etiam si ad mortem damnatus, laqueoque suspensus, fracto laqueo in terram viuens ceciderit, credendum est in dubio, id miraculose fuisse, si ille de innocentia sua protestatus fuisset, & quæ est liberandus. Luc. de pen. vbi supr. & sequitur dicens esse not. Dec. ind. l. fauorabiliores. in fin. & Tiraq. de pæn. caus. vlt. Alciat. de præsumptio. regu. 3. præsum. 44. nu. sexto. Iul. Clar. libr. 5. sent. §. fin. quæst. 98. ver. fin. Viui. commun. opin. 126. versic. Quarto condemnatus. relatus inter commun. opin. recens collect. tom. secundo. libr. nono. titulo tricesimosertio. column. tertia. versic. quarto. condemnatus.

Sed Cagno. in dict. leg. fauorabiliores. numer. 9. & aliis sequent. putat plura esse addenda, quæ hoc in casu animaduertenda sunt. & imprimis id etiam fieri non posse per Magistratum, vel populum subditum, sed tantum per Principem, cum sit gratia, & indulgentia, quæ ad solum Principem spectat & pertinet. l. diui. ff. de pæn. l. 1. ad fin. ff. de quæstio. Felin. late in capis. consanguinei. de re iudic. post Bald. Abba. & alios. dum scribit, quod etiam per nouam notitiam innocentie rei confessi, & condemnati, executor debet omni modo, quo potest, ab executione personali supersedere, Principique rescribere; & si ex indulgentia liberandum dixerit, liberabitur; alias si sententiam exequendam rescripserit, parendum esse, vt ibi per eum, & Carrer. in pract. crimin. fol. 76. numero 22. ideo cum talia contingunt (subdit Cagnol. vbi supra) cautela etiam est, vt damnatus reducatur ad carceres tute custodiendus, donec consultus Princeps quid agendum rescribat.

Addit præterea Cagno. in d. loco. opinionem Luc. de Penna, & sequacium non probari: postquam enim ille condemnatus extiterit, iam constat nocentem esse, non autem innocentem, sicque nihil facit d. l. absentem. & fractio laquei potuit contingere, vel per fraudem commissam, vel ex debilitate funis, & cordæ, ita quod necessario miraculum non arguitur; quamuis non modo vulgus ignarum, sed etiam viri docti, cum casus contigisset, alias substituerint, quos refert Iul. Clar. dict. quæst. 98. versic. fin.

Et refert Cagno. quod etiam temporibus suis, dum hoc contigisset in ciuitate Alexandriæ, & populus clamasset liberandum esse, qui viuus in terram fracto laqueo ceciderat, id pollicitus fuit Gubernator d. Ciuitatis perspicui ingenii vir, si iterum suspensus in terram viuus caderet: tunc enim miraculum credidisset, iussitque duplicem iniici laqueum, & suspendi, quo facto in continentivitam cum morte commutauit.

Et propterea Cassan. super consuetud. Burg. folio 55. post numero 124. dicit, quod cum casus contigisset, fuit ille condemnatus, aliquo modo probato miraculo, per Curiam relaxatus. Sed etiam temp-

ribus Diui Hieronymi, vt ipse in suis Epistolis ad Innocent. scribit Epist. euenit, quod mulier de adulterio accusata, quod non commiserat, ter ista per carnificem, & inde admoto iugulo mucrone mori non potuit, & tamen, vt iustitiæ locus esset, septies percussa legitur, & tandem visa est mori, sublatumque cadauer reuixit, innocentia Deo fauente: & cum adhuc ad supplicium requiretetur Euagrius Episcopus ab Auxentio Imperatore libertatem precibus suis impetrauit. Vnde in hoc casu bene Cagno. *vbi supra.* cum Diuo Hieron. in dicto loco, exclamat. O vere ius summum summa malitia, post tanta miracula adhuc sequuntur leges. neque eo casu necessaria fuit illa Principis liberatio, vt putat Cagno. eo loci. est tamen quæstio formata ab Ang. in l. 3. ff. de legibus. an si contingat decapitatum reuiuiscere, sit iterum decapitandus? & respondet quod non, ex quo semel sententiam passus est, & mors omnia soluit; & quemadmodum refert ibi Angelus, hæc fuit sententia Theologorum.

66 Euenit tamen etiam, vt refert idem Cagno. in dicto loco, suis item temporibus in Castro nouo Tertonenfi, quod quidam iniuste de homicidio accusatus, & condemnatus ter per carnificem omnibus neruis ictus mori non potuit; quinimo neque læsionem in corpore, diuino suffragante auxilio, recepit; ideoque ab executione superfluum fuit, & consultus Illustrissimus Marchio Vastiloci dominus iussit illum ad se adduci, quem comperta veritate liberauit, bonaque etiam, quæ ablata ei fuerant, restitui fecit. Alia ex aliis refert Iul. Clar. dict. quest. 98. versiculo. fin. Meritoque Diuus Augustinus libro decimonono. de Ciuitate Dei. capit. sexto. deplorat tamen elegantiori oratione miseriam humani iudicii, quo plures, qui vere sunt innocentes, occiduntur.

67 Et licet Diuus Augustinus ibi excuset sane iudicem, qui vt seruiat humanæ societati, quam deserere nefas esse ducit, inscius veritatis innocentem occidit: plerumque enim, inquit, iudicis tamen ignorantia est calamitas innocentis, non tamen illum defendit, sed reprehendit, qui veritatem ipsam sciens innocentem occidit, vt per eum ibi. quem refert, & ex eo ita animaduertit Couarr. dict. capit. libro primo. variarum resolut. post num. secundum. versicu. tertio eadem assertio. & sanctius ita est suspendere executionem, & Principem, & superiorem consulere, quod satis colligitur ex prædictis, & admonet Anton. Gomez. cap. 13. delictor. num. 36. versic. sextus casus.

69 Et constat tamen inter omnes, crimen & delictum vniuersitatis, pro quo pœna pecuniaria interrogata est, ad eos non pertinere, quos vacuos esse ab omni culpa, ac esse innocentes non dubitatur. secundum Innoc. in capit. grauem. de sentent. excommun. Barto. in l. aut facta. §. final. numero octauo. ff. de pœn. idem Innoc. in capit. dilectus. 2. in fin. ibique Anton. de Butr. column. penult. in fin. Abba. column. etiam pen. in fin. versic. si vero pœna potest. & numero duodecimo. Ioan. de Ana. colum. quinta. versicul. & ob hanc rationem de Simon. Brun. consilio 28. Crauet. consilio 707. numero 5. volum. 4.

Et iuris diuini, & humani ratione suadetur, 70 ne tamen fontium scelera onerosa in fontibus fiant. Ezechiel. capit. 18. & Psalm. 83. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia, & Psal. 25. iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Et appositissime huc & Diui Matthæi dictum pertinet capit. 13. Zizaniam à frumento non extrahendam, ne & frumentum forte eradicetur, hoc est, pœnas ab improbis exigendas quoties, ne vna simul cum malis & boni etiam plectantur. ita id ex eo capit. decimo tertio. Matthæi deducit Crauet. dicto consi. 707. post d. num. vicesimum quintum. Iure etiam humano idem suadetur, vt est text. in l. sancimus. & in l. crimen. C. de pœn. l. cotem. §. si dominus. ff. de publican. l. apud celsum. §. item queritur si debitor. ff. de except. doli. ca. cognoscentes. de constit. c. quæ sunt. de his quæ sunt à prelat. c. peruersum 56. dist. Crauet. dict. consilio 707. post d. num. vicesimum quintum. & consilio 595. numero vicesimo quinto. eodem volumin. cum id genus innumeris.

Et tamen licet iure verissimum sit, posse quem ob alterius crimen, etsi is innocens sit, puniri, & valere statuta, quæ ita innocentes ob alterius culpam puniunt, ex his quæ latissime deducit Couarruias libro secundo variarum resolutio. num. capite octauo. & plures allegat Anton. Gabriel. libro tertio communium conclusio. titul. de iure quæsito non tollen. conclusio. secunda. numero decimo octauo, vbi de communi, & consuetudine. hoc tamen solum procedit, & est verum, quando id ex causa fieret, & pœna corporalis non imponderetur, sed solum pecuniaria, vt post plures, quos recenset, tradit & dicit communem idem Couarruias in d. loco. num. 7. vt etiam ex pluribus communem dicit Iul. Clar. lib. quinto. sentent. §. fina. questio. 86. versicu. & hæc quidem. & Anton. Gabriel. dict. conclusio. secunda. numero decimonono.

Hinc tamen valet statutum Florentinum, quod 72 propter homicidium vnius omnes consortes expellantur, vt concludit Bald. prout eum refert & sequitur Petr. de Ancho. in cap. canonum statuta. de constitut. & idem Bald. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. quod licet tale statutum sit contra ius naturale, tamen valet causa publicæ utilitatis, vt à delictis magis se abstineant homines: licet enim dolus absit, causa tamen subest publicæ utilitatis. Item etiam Bald. in dict. leg. sancimus. C. de pœnis. dicit tamen quod valet 73 statutum Perusiæ disponens, quod illi de domo pro delicto consortis teneantur. & Barto. in l. iure. C. de fabric. libro vndecimo. per illum text. voluit valere tamen statutum Florentinorum, quod vno de agnatione delinquente, ceteri de agnatione teneantur. & refert & sequitur prædicta Iason. alius etiam citatis in l. si quis suo. §. primo. C. de inoffic. testament. & in §. actiones. numero 71. & alius sequent. Instiur. de actio. Socin. in l. cum filius famil. column. quarta. ff. de verb. obligat. & Vasq. controuers. illustr. capit. tricesimo secundo. numero decimo sexto. licet hoc iniquum reputet saltem quoad pœnam ordinariam, sed tolerabile quoad aliam minusculam.

Hinc tamen etiam valet statutum Florentinum, quod coniuncti teneantur dare in manibus Curie delinquentes

76 coniunctos, vt etiam valet † statutum, quod coniuncti bannitorum puniantur, si dicti banniti deliquerint in Ciuitate, vel statu vt per Barb. in ca. cognoscentes. numer. 5. & 11. de const. & dicit Ang. in consil. 63.

77 quod in Ciuitate Senarum fuit factum † decretum, quod omnes banniti tenerentur se presentare in quodam loco distant per centum milliaria, & quod si non se presentabunt, eorum coniuncti caderent in pœ. à mille. & De. in co. 63. n. 3. dicit, qd simile statutu fuit Mediolani, & valet hoc statutu secundu eos in dictis locis. Que annotanda sunt p validitate pclamatis † nup editi ex ordine ab vrbe emanari ad cogendos parentes, & proximiores coniunctos ad fideiubendum, ne ipsorum filij, & consanguinei banniti statum ecclesiasticum ingrediantur: valent enim proclamata hæc ratione publicæ utilitatis, ne publica & priuatorum quies ab illis turbetur, prout quotidie turbatur.

79 Non † ergo statim atque iudex quispiam habet ius vitæ, neuisque liberum est ei passim, quos voluerit damnare, & damnatos morti addicere. Et si innocenter condemnaret, quem condemnari iura omnia prohibent, capite plecti debet, vt tenet Bal. in rub. de pœna iudic. qui mal. iud. versic. quero qualiter debet iudex. & Saly. in l. eo. tit. vers. 6. an iudex. & Bald. in l. g. 1. colum. 4. vers. & aduerte, quia si iudex. C. ex delict. defunct. Aque in l. vt vim. col. 26. de iust. & iu. & Ioan. Bapt. in l. imperium. in fin. & ibi Purpurat. nu. 132. ff. de iurisd. omn. iudi. volentes talem iudicem puniri de occisio, & etiam lege Iul. maiestatis, vt ibi per e. s. & per Boss. in tract. causar. crim. tit. de executione sententia. numero 4. & nouissime Vasq. d. cap. 18. lib. 1.

81 controuers. illustr. numero 26. qui tamen putat † hoc esse in arbitrio superioris, mortem tali iudici imponere, si passus supplicium inique & dolose fuerit condemnatus, quod teneatur l. Cornel. de sicariis. l. 1. in princip. §. 1. l. lege Cornelia. in prin. & ibi Alexan. in addit. & Marfil. ff. ad l. Cornel. de sicar. & latius Marfil. in l. questionis. col. vlt. ff. de questionib. aut minorem pœnam infligere, iuxta id, quod deliquerit, vt dicit ibi tex. & Bal. in l. presbyteri. col. 2. vers. adde quod habes. C. de episc. & clericis pro hoc l. lege Iulia §. hodie. ad l. Iul. re. petun. vbi † si iudex ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel non acceperit, & calore inductus interfecerit innocentem quem punire non debebat, capite plecti debet, vel in insulam deportari, vt plerique puniti sunt; & ita alternatiuè. Et idem dicit Fely. in c. dilecti. col. 7. versic. secun. declaratio. de exceptio. Alexan. ad Bart. in d. §. hodie. Luc. de Pen. in l. iudices. colum. pen. ante fin. vers. debeantur. Paris. de Puteo. de syndi. in verb. syndicanur etiam officiales habentes officium publicum. Vasq. vbi supra. qui post Bald. &

83 Doct. in supra alleg. locis. etiam dicit, quod † ille text. in §. hodie. est mirabilis, quod iudex, qui ex ira, seu calore nimio aliquem necauerit, & occiderit, non moriatur morte naturali, sed deportatione in insulam, & sit melioris conditionis, quàm alius iudex non interficiens per iram, id quod, quoniam videtur ab omni ratione alienum, putat Vasq. in dicto loco, interpretatione iuuandum esse, vt quoties iudex dolo occidit, ordinaria homicidij pœna teneatur, si autem culpa, tunc alij pœnæ minori subiaceat, id quod in reliquis quoque est, &

in eo duntaxat erit quæstio, quando dolus, & quando culpa puniatur. Et sanè † putat Vasq. quod 84 regulariter in homine priuato occidente dolus præsumitur, si id non fecerit ad suam defensionem l. prima & secunda. C. ad leg. Cornel. de sicar. l. si non conuictij. C. de iniur. In † iudice vero occidente, si quidem non per sententiam, vt iudex, sed fortè ira, aut inimicitia percitus mucrone percussit, tunc idem, quia tanquàm priuatus fecisse videtur; quod si vt iudex fecerit per suam sententiam, si ea pecunia, vel simili mercede, aut vitio lata fuit, dolus præsumitur, & pœnæ homicidij ordinariæ subiacebit. Quod † si hæc sordes cessarent, culpa 86 præsumeretur, etiam si per iracundiam id fecisset, quia non præsumitur factum per solam iracundiam, sed etiam propter culpam condemnati: fuit enim possibile, quod iudex, nisi ira motus fuisset, eum non damnasset ad mortem, etiam si eam pœnam mereretur, vel non tam properanter eum damnasset; itaque cum ille esset malefactor, licet eius culpa morte digna non esset, ea tamen, quæ est, sufficit, vt in iudice non tam dolus, quàm culpa præsumatur, sicque is iudex non ad mortem, sed alia mitiori pœna plectendus erit, quia in delictis culpa etiam latissima dolo non exequatur, vt per eum ibi.

Cuncta † igitur rimari prius iudicem oportet, 87 & ordinem rerum plena inquisitione discutere, vt admonet textus in capit. iudicantem. 3. question. quint. Roland. à Valle consil. 51. numero prim. libr. prim. Menoch. consil. 36. numer. prim. libr. prim. & alibi sæpe in initio suorum consiliorum, vt & passim etiam alij alibi admonent, quod si iudex, ne damnet innocentem omni studio, & diligentia obseruare debet ante sententiam, per prædicta, vsque adeo vt & in crimine hæresis hoc sit obseruandum, in quo reo negatiuo existente, sententia præcipitanda non est, sed differenda, & interim iudices maiori prudentia, & deliberatione rei innocentiam earatione inuestigare, & inquirere debent: quia hoc in crimine truncata, & diminuta est reorum defensio, qui plenè se defendere nequeunt, & ne ita fortè innocens damnetur, vt in specie admonet ex pluribus Ioan. à Rojas in tracta. de hæreticis. parte 2. numero 228. & sequentib. quanto † magis omni 88 studio, & diligentia uti debet, ne contra innocentem sententiam exequatur, cum tanto † grauius 89 præiudicium inferat executor sua executione, quàm sua sententia iudex, quanto per executionem realiter, per sententiam vero verbaliter præiudicium inferatur, vt dicit Angel. in consilio 276. & post eum Nat. consilio 529. numero 11. volumin. tertia. Laur. Silua. consilio 17. numero primo, par. 1. & versetur etiam periculum sui capitis, vel alterius pœnæ, si passus supplicium, vt supra diximus, innocens esset.

Nec ita † segnius in tanta re agendum est. capit. 90 vlt. 7. q. 2. sed cum † maius intendatur periculum, 91 proculdubio plenius consulendum est. dict. capit. vbi periculum. de elect. in 6. & vbi pœnitentia nihil prodest profectò: agitur enim de re irretractabili, qua ratione † recedimus à regulis iuris communis, & 92 multa permittuntur, quæ aliàs non permetterentur: l. sena-

l. *senatus. ff. de offic. præsid. & l. 2. ff. de feriis. Bald. in l. 1. colum. vlt. C. qui accusa. non possunt. Cyn. in l. final. que. 8. C. de compensat. Ias. in l. 4. §. condemnatum nu. 22. ff. de re iudica. vbi etiam Rip. num. 20. & Ioseph. Cumi. super Rit. mag. cur. Regn. Sicil. ca. 16. num. 70. Præposit. in cap. dilecto colum. 3. vers. quart. fallit de appollat. Felin. in ca. cum M. Ferrariensis. numer. 62. vers. hoc tamen. de constit. Lofred. conf. 6. nu. 16. & 17. Coradus. in l. 1. C. si de moment. poss. limit. 1. ratione damni irreparabilis. in quibus locis ad multa inferunt præcitati Doct. quæ ratione irreparabilis præiudicij permittuntur, quæ alias non permetterentur, præsertim ¶ quando agitur de membro hominis abscindendo, & ita multo magis quando de vita hominis ageretur, vt in specie per Ias. in d. §. condemnatum. num. 21. Hinc ¶ factum est, quod quando agitur de vita hominis, vel aliquo membro abscindendo, exceptio nullitatis admittitur, & impedit executionem, etiam quod requireret altiore indaginem, cum aliàs reiceretur, si executio esset retractabilis, vt notabiliter voluit Bal. post Cy. ibi, in l. ab executione. C. quorum appel. non recip. Bal. in l. eum qui duas. C. de adulter. in l. 1. C. de temp. in integr. restit. Pet. Raph. Cum. Paul. de Castr. Alex. Ias. & Rip. in d. §. condemnatum. d. l. 4. de re iudic. & idem Ias. qui communem dicit in l. 3. §. si seruis nu. 9. ff. de acqui. poss. Iul. Clar. li. 5. sent. §. si. q. 94. vers. scias autem. Bonacoss. in suis commun. opin. vt est relatum inter commun. opin. recens collect. tom. 2. lib. 7. tit. 18. si ex falsis instrum. num. 12. & Vinc. de Franch. decis. Neapoli. 139. vbi in specie, quod condemnatus ad triremes, quia iste est actus irretractabilis, non transmittitur ad triremes, si opposita est exceptio nullitatis, vel alias esset reclamatum, vt late ibi per eum. Vt ¶ prudenter iudices admonuerit Marf. in præf. crim. §. fin. occurrunt. in princ. quod si tractetur de re irretractabili, irreparabiliq; præiudicio, hac in re criminali non festinent, ac fulminent, quando contrarium facientes comitem habeant pœnitentiam, & vanam quidem, & frustratoriam, sed diligenter prius cogitent, & cuncta maturè rimando animaduertant, iuxta d. text. in d. cap. iudicantem. 30. quæst. 1. & in cap. graue. 35. quæst. 9. vbi text. dicit, ¶ quod fructus diuinus est, iustitiam sæpius recensere. & memoria insuper teneant illud, quod scriptum reliquit Card. in clemen. pastoralis. §. verum. in princ. de re iudic. per illum text. ¶ quod præcipitata voluntas Iudicis est nouerca iustitiæ, & adm. onet etiam Alph. Gherreus in tra. de thesauro Christia. religio. ti. 49. de iust. nu. 15.*

98 Nec ¶ iudicem executorem mouere debet, quod pro iudice, qui sententiam exequendam tulit præsumitur, quod sit bonus, & rectè fecerit, quæ officio suo incumbunt. l. 2. C. de offic. ciui iudic. quem text. ad hoc not. Bald. & per eum decidit not. quæstionem in l. vnica. in fin. C. ne quis in sua caus. & Paul. de Castr. consilio 270. column. 1. volum. 2. vbi per illum text. vult, quod ¶ verba Iudicis ad ius referri debeant, etiam verba impropriando: quia verisimile est, talem fuisse mentem Iudicis, & sequitur Alciat. in tractat. de præsumption. regul. 3. præsumpt. nona. nume. prim. & secun. dicens ad hoc facere, quia ¶ ad illud officium, vt plurimum eliguntur literati, & honesti viri, prout iudices omnes peritos esse oportet, & expertos in iudicandis causis, in aliisque

negociis, ne quod per se noscere debent, aliunde emendicare cogantur, quod maximum est vitium Reipublicæ §. 1. in Authen. de iudic. facit text. incipit ex literis. §. ceterum. de caus. agnat. & affinit. Tiber. Deciz. consil. 18. numer. 15. & sequentib. libr. prim. licet postea teneat illiteratum iudicem esse posse, sed tamen aliàs expertum, quia plus quando que operatur experientia & practica, quam iuris theorica, vt per eum ibi. numer. 19. post Bartol. & Aristot. quos alleg. vnde merito pro eis præsumitur. capit. vestra. de procuratorib. cap. nisi essent. de præben. & ibi Abbat. & propterea non ¶ præsumitur, quod Iudex aliquid faciat sine causa cognitiõne. capit. Abbate de verbor. signification. & præsumuntur ¶ qui causas cognoscunt, non facile ad culpam venire, cum veritatem examinant, vt est text. in Authen. vt defunct. seu funer. in princip. cum aliis, vt per Alciat. dict. præsumption. 9. numero quart. licet enim pro Iudice præsumatur, potest tamen esse, quod et si sententia iusta esset, processus tamen esset non rectè fabricatus, vnde sententiæ executio impeditur, vt infra diximus capit. vltim. numer. 129. & ¶ pro rectitudine processus non præsumitur, nec illius respectu procedit dicta præsumptio, vt per Alciat. d. 9. præsumpt. numer. 18.

Vt etiam potest esse, quod Iudices, qui sententias tulerunt, de quibus exequendis ageretur, essent indiscreti, & improbi, & tales quales describit Roland. à Valle. consil. 94. numer. 1. volum. 4. qui diligenter minime cuncta perpendant, nec ordinem rerum plena inquisitione discutiant, vt eos instruit textus in dicto capite iudicantem. 30. quæstione quinta. quales sunt mali latrunculares, qui hodiernis temporibus nedum officio iudicis funguntur, sed & partis, innocentes illaqueare conantes, prout ¶ eorum innocentiam subtili ingenio ex proprio officio perquirere deberent. l. si non defendantur. ff. de pœn. vt seueriores videantur, quod quidem leges valde abhorrent: neque ¶ enim & seueriores, & crudeliores ipsis legibus esse debent. §. oportet. in Authen. de iudic. capit. sane. vbi Doctor. de offic. deleg. sed ¶ in benigniore partem semper deberent inclinare. leg. Arriannus. ff. de action. & obligation. & maiorem ¶ in absolueno consequerantur honorem, quam in condemnando. Paul. de Castr. in consilio 296. in fine volum. quem sequitur Decius in consilio 175. column. penult. in fine, vbi Illeg. Ancher. consilio 23. qui ¶ inuehit contra Iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando procedunt per viam inquisitionis. Decius consil. 189. col. si. Marf. in dict. §. occurrunt. nu. 7. Crauet consil. 9. col. si. in princ. vol. 1. Rol. à Vall. d. consilio 94. nu. 4. & 5. & est in ore omnium, præsertim consulentium ad fauorem reorum, & subdu Roland. à Valle in dict. loco. nu. 5. quod si tales diligenter cuncta rimarent, & ordinem rerum plena inquisitione discuterent, vt à iure instruuntur, vtique ¶ non videremus tantas iniustitias, & oppressiones, sed vix illis, quia si ignorant non sint, scire debent, quod Deum habent vltorem, qui benignè audit voces oppressorum, & suis loco & tempore dabit maleuolis iudicibus sententiam illam seueram, Ite maledicti in ignem æternum. Pro his ¶ igitur improbis, & indiscretis iudici-

iudicibus non præsumitur, vt notat Innocent. & Hofst. en. in capit. accedens, el. 1. vt lite non contestata. præfertim si ex actis deinde, & ex processu de iniustitia appareret, quia nec quoad illam causam pro iudice præsumitur, secundum Alciatum dicta præsumpt. 9. numero 17.

112 Potest etiam esse, quod contra Iudicem, qui sententiam tulit, suspitio urgeat, seu præsumptio efficaciter, vt si ex temporis breuitate comprehenderetur, quod causæ cognitionem non adhibuit, vel ex abrupto alias processerit, idemque est, si error in sententia expressus esset, & pro Iudice, & sententia non præsumitur, vt late per eundem Alciatum in dicto loco, num. 23.

113 Potest etiam esse, quod Iudex sententiam tulerit in causa, in qua nullam haberet potestatem, & ad eius officium non pertineret; tunc enim pro Iudice non præsumitur. capitulo, significauit. de appellationib. Baldus in rubrica. C. de fide instrumentorum. cum alijs, vt per Alciatum in dicta sapius allegat. præsumptione 9. num. 28.

114 Et in statu præterea ecclesiastico corruptela est ex facilitate iudicum formandi inquisitiones, ex leuibus etiam iudicijs minimè alijs legitimis, & à iure approbatis, de qua iudicij facilitate diximus infra, capite vltimo, num. 68. vnde ad sententiæ executionem decurrendum non est, si ita ex leuibus iudicijs formata inquisitione, sententia, de cuius executione ageretur, lata esset, vt admonuimus dicto capite vltimo numero quadragesimo quarto, & alijs sequentibus.

115 Et Notarij etiam actuarij, præfertim qui cancellarias venales habent, & ex titulo hodiernis temporibus oneroso, & iudices auari formant inquisitiones interdum aliter, quàm ex processu colligitur, & simpliciter non solum in homicidijs culpa commissis formant etiam inquisitiones veluti de homicidijs dolosè commissis, sed etiam in homicidijs secundum indicia ad defensionem, & tamen prout factum euenit, & constat in processu informatiuo inquisitio formanda esset, ne fiscus, nec pars incommoda patiatur, vt dicit Bos, qui de Notarijs & Iudicibus huiusmodi satis conqueritur, & contra eos inuehit in tract. causar. crimin. tit. quom. procedatur per actio. in delictis. numero 4. quamuis aliquos noerim, & in præsentiarum cognosco viros timoratae conscientia, & inter alios D. Antonium Bartoletum, quem honoris causa nomino, huius curiæ Perusinae, ac Prouinciæ Cancellarium primum, ac cæteris animi dotibus apprimè refertum.

Multa ergo, vt vides, per iudices animaduertenda sunt, antequàm ad sententiæ executionem decurrant, vt præter hæc, & alia plurima, tum quoad sententiam ipsam, & processum, & inquisitionem, ex quibus lata est, tum quoque quoad nouum processum, qui ante executionem fieri solet, & debet. Licet enim dici soleat, quod capto bannito sola restat executio, de quo infra cap. 1. diximus. num. 25. sine tamen aliquo nouo processu personaliter sententia exequenda non est, nec exequi potest, in cuius quidè processus fabricatione ab indoctis & imperitis, ab experientia, quæ sine iuris scientia mæca est,

solum edoctis, & à Tironibus præfertim, qui nec aliqua experientia edocti modum & formam processus huiusmodi penitus ignorant, nec ex libris, in quibus ex professo res tractata non est, nec vt res exigit, facile disci potest, plurimum errari solet in Reipublicæ quidem perniciem, dispendiumque, cum propterea banniti debitas interdum non luant pœnas.

Ne in innocens ergo luat pro scelere pœnas, & nocens illas euadat, operæ pretium esse duxi, plurima ascribere à iudice obseruanda, & animaduertenda antequàm ad executionem procedat, vel vt ab ea se absteat. Nam huius rei vsus quàm sit frequens, quàmque necessarius, nemo est qui nesciat, vt in simili dicit I. C. in l. 1. in princip. ff. de appellation. & vt alibi scribitur, quæ quotidiana sunt, ea veluti studiosius attingere debemus. l. legauit. ff. de lib. leg. cum similibus.

C A P. I.

Quomodo in absentes procedat hodie condemnatio capitalis, & quomodo capto bannito sola restat executio.

S Y M M A R I A.

- 1 Absens diffinitiuè de iure condemnari non potest occasione delicti, pro quo pœna corporis afflictiua imponenda est.
- 2 Contumax pro confesso, & conuictio de iure communi haberi non potest, nisi in quibusdam casibus.
- 3 Absens lite non contestata condemnari non potest de iure canonico.
- 4 Testium receptio de iure canonico fieri non potest contra absentem.
- 5 Absens de iure communi condemnari potest, vbi pœna solum relegationis, vel relegatione minor imponenda est.
- 6 Reus absens de iure communi requiri, & citari potest in omnibus illis casibus, in quibus potest diffinitiuè condemnari.
- 7 Bonorum annotatio, & descriptio rei absentis citati, & non comparentis, de iure fieri debet.
- 8 Reus absens, & eo non comparente annotatis bonis, si infra annum se defendit, de iure absoluitur, & bona recuperat, sed post annum absoluitur, sed bona non restituuntur.
- 9 Absentes hodie de generali consuetudine in quocunq; graui crimine pro confessis ex contumacia habentur, & banniuntur, & ad mortem condemnantur.
- 10 Absens quomodo, & qua forma seruata in Gallia condemnatur.
- 11 Absens pro confesso & conuictio habetur in Francia, & virtute huius confessionis condemnatur.
- 12 Et quid in Hispania obseruetur.
- 13 Absens citatus, & contumax excommunicatur de iure canonico, & si in excommunicatione per annum perseuerauerit, pro confesso habetur, & conuictio.
- 14 Absens citatus contumax in statu Ecclesiastico habetur pro confesso, & conuictio.
- 15 Statutum, quod contumacem habet pro confesso, non omnino abhorret à iure communi.